UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Somnium

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

uereтur, oppreſſus dolore, inſtituit ſe conficere inedia. *Plat. in Timoleonte, & Diod. l. 16.*

M. Antonius poſt cladem Actiacam in Ægyptum veſtus, relicta vrbe, & amicorum conſuetudine, domicilium ſibi in mari ad Pharum exſtruxit, proiecto in altum aggere, idq; Timonium vocauit, atque ibi extorris ab hominibus egit. *Plut. in Anton.*

Vide Otium, Quies, Silentium. Item Monachus.

Somnium, Somnus.

❡ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SOmnium Græce ὄναρ, ῥος, τὸ, dicitur. Hebr. Et eſt phantaſma in ſomno factum, id eſt, apparitio phantaſtica in ſomno facta. *ſec. Ariſt. l. de ſomno & vigilia.*

Somnium à Chryſippo ſic diffinitur: Somnium eſt vis cernens & explanans, quæ à diis hominibus ſignificantur in ſomnis. *ex Cic. lib. de diuinatione.*

Somnus, Græce ὕπνος, ȣ, ὁ, & ἐνύπνιον, ȣ, τὸ, ſomnium dicitur. Heb. Schenah & Tardemat. Eſt autem ſomnus primi ſenſitiui comprehenſio, vt homo poſſit agere in neceſſitate quidem facta. *ſecundum Ariſt. lib. de ſomno & vigilia.*

Somnus eſt ligamentum omnium ſenſuum. *ſecund. Ariſt. lib. de ſomno & vigilia.*

Somnus eſt impotentia ſentiendi, propter exceſſum vigilandi.

Somnus eſt paſſio naturalis, & conuentus caloris intrinſecus, vel naturalis reciprocratio, facta ex euaporatione vaporum à nutrimento, ingroſſata à frigiditate cerebri, propter ſalutem animalis tuendam.

Somnus eſt quies animalium virtutum, cum intentione naturalium *ſecund. Auicen.* Vel eſt priuatio diſpoſitionis animæ imperantis ſenſibus, & virtutibus exterioribus, in qua anima conuertitur ab exterioribus ad interiora.

❡ BIBLICI LOCI.

Somnia olim ſeruis Dei familiaria, *Num.* 12. 6. Somnia & viſiones, in quibus Deus nonnunquam ſuam voluntatem aperiebat, *Gen* 20. 3. & 28. 12. & 31. 24. & 37. v. 5. 9. & 40. 8. & 41. 1. & 46. 2. *Num.* 12. 6. *Iud.* 7. v. 13. 15. 1. *Sam.* 3. v. 4. 8. 11. & 28. 6. 2. *Sam.* 7. 4. 1. *Reg.* 3. v. 5. 15. *Iob.* 7. 13. & 33. 15. *Dan.* 2. 1. & 7. 1. 2. *Macch.* 15. v. 11. 14. *Matth.* 1. 20. & 2. v. 12, 13. *Act.* 16. 9. & 18. 9. & 23. 11. & 27. 23. Somnia & viſiones, quæ non conueniunt cum verbo Dei, & doctrina Eccleſiæ ſunt contemnenda, *Deut.* 13. 2. *Eccl.* 5. 2. *Eccl.* 34. 1. & c. *Ierem.* 23. v. 16. 25. & 27. 9. & 29. 8. Somniorum interpretatio à Deo eſt, *Gen.* 41. v. 16. 39. *Dan.* 1. 17. & 2. 23. Somniis non inhærendum. *Eccl.* 5. v. 2. 6.

Somnus quibus ſuauis, *Eccl.* 5, 11. ſomno non indulgendum, *Prou.* 20. 13.

❡ SENTENTIAE BIBLICAE

Cuſtodi legem atque conſilium, & ſequitur. Si dormieris, non timebis: quieſces, & ſuauis erit ſomnus tuus. *Prou.* 3.

Dulcis eſt ſomnus operanti. *Eccl.* 5.

Securus dormiens requieſces, & non erit, qui te exterreat, *Iob.* 11.

Somniorum conſideratio vana.

Multas curas ſequuntur ſomnia. *Eccl.* 3.

Vbi multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt vanitates, & ſermones innumeri. Tu vero Deum time. *ibid.*

Somnia extollunt imprudentes. Quaſi qui apprehendit vmbram, & perſequitur ventum: ſic qui attendit ad viſa mendacia. Ante faciem hominis ſimilitudo alterius hominis, *Eccl.* 34.

Obſeruatio prophana.

Non augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia, *Leu.* 19.

Et ſicut parturientes cor tuum phantaſias patitur, niſi ab altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio, ne dederis in illis cor tuum: multos enim errare fecerunt ſomnia, & exciderunt ſperantes in illis. *Eccl.* 34.

❡ PATRVM SENTENTIAE.

Conſuetudinem meam noſti, breuiſſimo ſomno vtor, & quaſi interuigilo, ſatis mihi vigilare deſiniſſe, aliquando dormiuiſſe me ſentio, aliquando ſuſpicor. *Hier. lib. illuſtrium virorum. epiſt.* 87 *loquens de ſeipſo.*

Cum ſomnia contingunt, aut ventris repletione, aut inanitione, aut illuſione, aut cogitatione ſimul, & illuſione, aut reuelatione aut cogitatione ſimul, & reuelatione cogitationes ſanctiores, cœleſtiores, virtuoſiores, ſequuntur ſomnia blandiora & delectabiliora. *Greg. Moral.* 8 *ſuper illud Iob.* 7. *Terrebis me per ſomnia.*

Iturus in ſomnum aliquid tecum defer in memoria & cogitatione: in quo placide obdormias, quod etiam ſomniare iuuet. Sic tibi nox vt dies illuminatur, & nox illuminatio tua in deliciis ... de obdormies, in pace quieſces, facile euigilabis: ſurgens ... ad redeundum in id, vnde non totus diſceſſiſti.

Caue, ſerue Dei, quantum potes, ne totus quandoq; ... ſit ſomnus tuus, non quies laſſi, ſed ſepultura corporis ... reparatio, ſed ſpiritus extinctio.

Quantum ad debitum continui proceſſus, nihil ... perit de vita noſtra, quam quod ſomno deputatur. *Be... fratres de monte.*

❡ POETARVM DICTA.

Homer. in α. Iliad.

Καὶ γάρ τ᾽ ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν;
Etenim ſomnium à Ioue eſt.

Idem in ξ. Iliad.

Ὕπνε ἄναξ πάντων τε θεῶν, πάντων τ᾽ ἀνθρώπων
Somne rex omniumq; deorum, omniumq; hominum

Idem in ν. Odyſſ.

Ἥδιστος θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς.
Suauiſſimus morti proxime ſimilis.

Menander.

Ὕπνος δὲ τοῦ θανάτου προμελέτησις πέλει.
Somnus mortis præmeditatio eſt.
Ὕπνος δὲ πᾶσιν ἐστὶν ὑγιεία βίου.
Somnus autem omnibus eſt valetudo vitæ.
Ὕπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια.
Somnus parua mortis myſteria.
Ὕπνος πέφυκε σώματος σωτηρία.
Somnus eſt corporis ſalus.
Ὕπνος δὲ πεῖναν τὴν κακὴν ἔχοντα δαμᾷ.
Somnus autem famem mala ſinis domat.

Ouid. 11. Met.

Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca receſſu,
Mons cauus, ignaui domus & penetralia ſomni.
Quo nunquam radiis oriens, mediuſve cadenſve
Phœbus adire poteſt: nebulæ caligine mixtæ
Exhalantur humo, dubiæq; crepuſcula lucis.
Nil vigil ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat auroram, nec voce ſilentia rumpunt,
Solicitiue canes, canibuſq; ſagacior anſer:
Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,
Humanæue ſonum reddunt conuitia linguæ.
Muta quies habitat, ſaxo tamen exit ab imo
Riuus aquæ Lethes: per quem cum murmure labens
Inuitat ſomnos crepitantibus vnda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papauera florent,
Innumeræque herbæ, quarum de lacte ſoporem
Nox legit, & ſpargit per opacas humida terras.
Ianua, ne verſo ſtridorem cardine reddat,
Nulla domo tota eſt: cuſtos in limine nullus.
At medio thorus eſt ebeno ſublimis in antro
Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus,
Quo cubat ipſe Deus membris languore ſolutis,
Hunc circa paſſim varias imitantia formas
Somnia vana iacent, totidem quot meſſis ariſtas,
Sylua gerit frondes, eiectat littus arenas.

Senec. Herc. fur.

Vera miſcens falſa futuri
Certus & idem peſſimus auctor.
Pater ò rerum, portus vitæ,
Lucis requies, noctiſq; comes,
Qui par Regi, famuloq; venis,
Placidus feſſum, leniſq; foues,
Pauidum lethi genus humanum,
Cogis longam diſcere mortem.

Sen. Herc. fur. act. 4.

Volucer matris genus Aſtrææ,
Frater duræ languide mortis.

Sen. Herc. act. 4.

Tuque ò domitor
Somne malorum, requies animi,
Pars humanæ melior vitæ.

Plaut. Moſt.

Non bonus eſt ſomnus homini de prandio.

Sen. Oct. Act. 4.

Quæcunq; mentis agitat infeſtus vigor,
Ea per quietem ſacer, & arcanus refert,
Veloxque ſenſus.

Claud. præfat. 4. Honor.

Omnia quæ ſenſu voluuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies.
Venator defeſſa toro cum membra reponit,
Mens tamen ad ſyluas & ſua luſtra redit.
Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus,
Vanaque nocturnis meta cauetur equis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Furto gaudet, amans, permutat nauita merces,
Et vigile lapſas quærit auarus opes:
Blandaque largitur fruſtra ſitientibus ægris
Irriguus gelido pocula fonte ſopor.
Me quoq; Muſarum ſtudium ſub nocte ſilenti
Artibus aſsiduis ſollicitare ſolet.
Namq; poli media ſtellantis in arce videbar
Ante pedes ſummi carmina ferre Iouis.

Hor. 3. Carm.

Somnus agreſtium
Lenis virorum non humiles domos
Faſtidit.

Sen. Herc. fur,

Veris miſcens falſa, futuri
Certus, & idem peſsimus author.

Ouid. 2. Amor. 9.

Tu leuis es, multoq; tuis ventoſior alis,
Gaudia ambigua daſq; negaſq; fide.

Tibull. 3. 4.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
Et pauidas mentes falſa timere iubent,

Plaut. in Rudente.

Nam qui dormiunt libenter, ſine lucro & cum malo quieſ-
cunt-

Virg. Æneid. l. 6.

Preſsique iacentem
Dulcis & alta quies, placidaque ſimillima morti.

Ouid. 6. Faſtorum.

Alliciunt ſomnos tempus, motuſque merumque.

Idem l. 11. Metam. fab. 10

Somne quies rerum, placidiſsime ſomne deorum,
Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris
Feſſa miniſteriis mulces, reparaſq; labori.

Ouid. Amor. l. 2. eleg. 9.

Infelix, tota quicunque quieſcere nocte
Suſtinet & ſomnos præmia magna vocas,
Stulte, quid eſt ſomnus? gelidæ niſi mortis imago,
Longa quieſcendi tempora fata dabunt.

Thomas Morus.

Non es, dum in ſomno es, dum nec te viuere ſentis,
Felix at ſomnus ni veniat, miſer es,
Qui felix igitur ſorte indulgente ſuperbit,
Inflatuſq; leui proſperitate tumet:
Nox quoties venit, aut toties iam deſinit eſſe
Felix, aut toties incipis eſſe miſer.

De ſomno æquante pauperem cum diuite.

Somne quies vitæ, ſpes & ſolamen egentis,
Diuitibus noctu quos facis eſſe pares.
Triſtitia mulcens lethæo pectora rore,
Excutis & ſenſum totius inde mali.
Læta benignus opes inopi per ſomnia mittis,
Quid falſas rides diuitis opes inopis?
Diuitibus vere curas, tormenta, dolores.
Pauperibus falſe gaudia vera ferunt.

Thomas Morus.

Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus,
Vanaque nocturnis meta canetur equis.
Venator defeſſa toro cum membra reponit,
Mens tamen ad ſyluas & ſua luſtra redit.
Gaudet amans furto, permutat nauita merces,
Et vigil elapſas quærit auarus opes.
Blandaque largitur fruſtra ſitientibus ægris,
Irriguus gelido pocula fonte ſopor.
Me quoq; Muſarum ſtudium ſub nocte ſilenti
Artibus aſsiduis ſollicitare ſolet.
Namq; poli media ſtellantis in arce videbar
Ante pedes ſummi carmina ferre Iouis.

¶ Sententiae Philosophicae.

At multa ſomnia falſa, immo obſcura fortaſſe nobis, ſed ſint falſa quædam: contra vero quid dicimus? quæ quidem multo plura euenirent, ſi ad quietem integri iremus, nunc onuſti cibo & vino, perturbata & confuſa cernimus. Vide, quid Socrates in Platonis politia loquatur. Dicit enim: Quum dormientibus ea pars animi, quæ mentis & rationis particeps ſit, ſopita langueat: illa autem, in qua feritas quædam ſit, atque agreſtis immanitas, quum ſit immoderato obſtupefacta potu, atque paſtu, exulare eam in ſomno, immoderateq; iactari. Itaque huic omnia viſa obiiciuntur, à mente ac ratione vacua, vt aut cum matre corpus miſcere videatur, aut cum quouis alio vel homine, vel Deo, ſæpe belua: atque etiam trucidare aliquem, & impie cruentari, multaque facere impure atque tetro, cum temeritate atq; impudentia. At qui ſalubri & moderato cultu atque victu quieti ſe tradiderit, ea parte animi, quæ mentis & conſilii eſt, agitata, & erecta ſaturataque bonarum cogitationum epulis, eaque parte animi, quæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec ſatietate affluenti, quorum vtrunq; perſtringere aciem mentis ſolet, ſiue deeſt naturæ quippiam, ſiue abundat atq; effluit. Ita enim tertia parte animi, in qua iratum exiſtit ardor, ſedata atque reſtincta, tum eueniet, duabus animi temerariis partibus compreſſis, vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat, & ſe vegetam ad ſomniandum, acremque præbeat: tum ei viſa quietis occurrent tranquilla, atque veracia.

Iubet igitur Plato ſic ad ſomnum proficiſci corporibus affectis vt nihil ſit, quod errorem animis perturbationemq; afferat, ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba veſcerentur, quod habet inflationem magnam: is cibus tranquillitatem mentis quærenti eſt contrarius. Quum ergo eſt ſomno ſeuocatus animus à ſocietate, & contagione corporis, tum meminit præteritorum, præſentia cernit, futura præuidet: iacet enim corpus dormientis, vt mortui: viget autem & viuet animus, quod multo magis faciet poſt mortem, cum omnino ex corpore exceſſerit. *Cic. l. 1. de diuinat.*

Neceſſe eſt omne quod vigilat dormire.

Melancholici maxime vera ſomniant.

Somnus cauſatur ex vaporatione cibi, quæ vadit ad cerebrum, & infrigidata deſcendit, & fit ſomnus, vnde poſt cibum fortem, ſunt ſomni.

Animalia magis nutriuntur & augmentantur dormiendo, quam vigilando.

Somnia non ſunt miſſa à Deo, quia alia animalia ſomniant.

Si Deus emitteret ſomnia, euenirent ſapientibus in die. *Ariſt. libr. de ſomno & vigilia.*

Somnus videtur eſſe medium inter viuere & non viuere. *Ariſt. l. 19. de animal.*

De inquietudine ſomniorum. Dial. LXXXVII.

Franciſci Petrarchæ.

D o[illegible].

Somniis inquietor. R. Si verum eſt quod ſapiens quidam ait, multas curas ſequuntur ſomnia, quod veſtri quoque approbant authores, radicem mali amputa, curas pelle, ſomnia quoq; pepuleris, quo enim quæſo tot curas, & tam nihil profutura, in tam breui vita, de qua iam ab initio promiſſum eſt, qui torqueri iuuat, & turbidam cunis vitis, & infeſtam ſomniis quietem veſtra vobis facit amentia, diuinam prouidentiam veſtro vultis ſuperare conſilio, neque ſentitis, vt ex alto veſtræ ridentur inſaniæ, veſtræque deliberationes illo de tempore, quod non ſolum extra veſtrum arbitrium, ſed etiam extra notitiam veſtram eſt. Neque auditis Flaccum exclamantem, prudens venturi temporis exitium caliginoſa nocte premit Deus, ridetque, ſi mortalis vltra fas trepidat. Omne tempus in veſtram trahitis perniciem, de præterito mœſti, de præſenti anxii, de futuro pauidi, trepidique, deque his curis ſuperuacuis dignos metitis manipulos, laborem vigilantes, conſopiti ſomnia. Sin illud forte verũ eſt, quod vacantem quoque curis animam inquietam ſomniis eſſe, vel natura hominis, vel peccatum cogit. Nonne cum ex mille ſomniis nec vnum verum eſſe, verum ſit, poſtquam alterutro falli oportet, ſatius eſt inquietari ſomniis, quam mulceri, & amara ſomniare, quam dulcia, mœſti enim ſomnii fallacia læta eſt, læti autem mœſta. De Somniis fatigor. R. Sperne totam hanc ineptiam, & quieſces, ſi id nequis, his te ſolare comitibus, qui ſimilia paſſi ſunt: his duobus nominatim, quos modo dicebam, dum de vigilia querereris.

¶ Apophthegmata.

Diogenes conſpiciens adoleſcentem quendam neglectius dormientem, baculo pungens illum, dixit carmen Homeri:

Ἐγείρεο. Μήτις σοὶ εὕδοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ.
Surge, Ne quis, dum morbis, à tergo infixerit haſtam.

Laert. lib. 6.

Democr. diurnum ſomnum, aut corporis moleſtiam aliquam, aut animæ anxietatem, aut ſegnitiem, aut imperitiam arguere dicebat. *Ant. & Max ſer. de ſomno.*

Æſchines, ſomnum diuturniorem, quam deceat, dicebat mortuis potius, quam viuis conuenire. *Eod. ſerm.*

Philo ſciſcitatus, quid eſſet ſomnus? reſpondit, imago mortis, & ceſſatio ſenſuum. *ibid.*

Plato. Somnum multum neq; corporibus, neq; animis, neque rebus gerendis conducere affirmabat. Nemo enim, dum dormit, alicuius pretii eſt, non magis, quam ſi non viueret. Quare quicunq; viuere & ſapere cupit maxime, quam longiſſimo tempore vigilet, ſola ſanitatis commoditate ſeruata. *Lib. 7. de Legib.*

Gorgias extremæ iam ætatis, quum ſentiret ſomnum lethalem obrepere, amico, qui aſſidebat, percontanti. Quo pacto haberet? Somnus, inquit, iam incipit me fratri ſuo commendare. Homerus enim ſomni fratrem appellat mortem. *Ælian. lib. 2.*

Epaminondas quempiam è vigilibus ſomno oppreſſum quum offendiſſet, gladio hominem transfixit. Obiurgans autẽ ob tantam ſeueritatem: Talem, inquit, eum reliqui, qualem inueni. Senſit autem Imperator bellicoſiſſimus, hominẽ ſomno oppreſſum, ac mortuum, in eadem eſſe ſorte ac conditione. *Bruſ. l. 6. c. 8.*

Alexander, cum deus ab adulatoribus vocaretur, ſe mortalem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſſe dicebat, cum id deprehenderet ex ſomno, qui mortis imago eſt. *Plut. in vita Alex.*

Diogenes conſiderans hominum vitam & mores, ac videns ciuitatum gubernatores philoſophos, & alios huius notæ homines, dicebat nullum animal homine ſapientius eſſe. Idem ſi videret ſomniorum interpretes, coniectores, &c. aiebat, ſibi nihil homine videri ſtultius. *Laert. l.6. & Eraſ. l.3. apoph.*

Idem, Superſtitionem hominum, qui in ſomniis terrerentur, hoc pacto irridebat: Quæ vigilantes, inquit, agitis, ea non curatis: quæ vero dormientes ſomniatis, ſolicite perquiritis. Ad felicitatem enim aut infelicitatem hominis non tam refert, quid patiatur in ſomniis, quam quid agat vigilans. Ibi quoties aliquid turpe committit, oportebat metuere Deorum iram, ac triſtem euentum, non ſi quid dormientibus ſit viſum. *Laert. l.6.*

Thales interrogatus, quantum diſtaret à mendacio veritas? Quantum, inquit, oculi ab auribus. Sentiens, ea demum eſſe indubitatæ fidei, quæ contuemur oculis: fabulis hominum haud tuto credi. Eodem pertinet Homericum figmentum de ſomniis, quorum quæ ſubuolant per portam corneam, vera ſunt: quæ per eburneam, vana. Corneæ portæ inuolucro deſignans oculos ob coloris ſimilitudinem: eburneæ, os, ob candorem dentium. *Eraſ. l.8. apoph.*

Zeno Eleates dicebat, ſuis quemq; in ſomniis deprehendere poſſe, quantum in philoſophia profeciſſet, ſi nihil illic vel appeteret, vel faceret nefariæ rei. Tum enim animus in profunda tranquillitate conſtitutus, veros affectus prodit. Contra quæ vigilantes non audent profari, aut agere, ea noctu occurrunt in ſomniis. *Laert. l. 9. cap.5.*

Anonymus, Quidam ſomniarat, ſe videre ouum ex lecti cubicularis faſcia pendens illigatam. Id ſomnium retulit ap coniectorem: is iuſſit, vt eo loco foderet: defoſſum enim eſſe theſaurum. Fodit, & inuenit, & argenti paululum detulit ad coniectorem, de auro diſſimulans. Tum coniector: Quid nihilne de vitello: Somniator inuenerat aurum argento circundatum in oui ſpeciem, nec id latuit coniectorem. *Eraſ. lib.6. apoph.*

¶ SIMILITVDINES.

Plut. Heraclitus dixit, vigilantibus vnum communem eſſe mundum, ſopitos in ſuum quemque diſcedere, At ſuperſtitioſus ne vigilans quidem communi cum aliis mundo fruitur, ſemper ſomniante cogitatione. *in Moral.*

Comicus venuſte dixit de iis, qui lectos inaurant ac deargentant: cum dii nihil nobis gratis dederint, niſi ſomnum, cur id ſibi magno volunt conſtare? At cum dii ſomnium nobis dederint curarum & laborum delinimentum, ſuperſtitioſus ſibi illum reddit carnificium. *in Moral.*

Syracidæ, Quaſi qui apprehendit vmbram, & qui perſequitur ventos: Sic qui intendit in ſomniis. *Eccl. c.34.*

Chryſoſtomi, Quemadmodum pueri vilium rerum ſpectacula admirantur & obſtupeſcunt, pilis, trochis, talis inhiant, magnas autem res ne cogitatione quidem capere poſſunt: Ita & peccatores præſentia reputant, mirantur ad ſomnia. *Homil.70. in Ioannem.*

Gregorii Nyſſeni, Vt in terra humida, radiis ſolis calidioribus calefacta, vapores quidam nebuloſi ex alto excitantur: Sic fit prope ad eundem modum in noſtra terra, quum cibus naturali calore feruefactus fuerit. Nam cum vapores ſecundum naturam ſint aerei, & in ſublime ferantur, ad ſuperiorem locum tum aſpirantes in capite conſident, ex quibus ſomnia naſcuntur. *Apud Max. ſerm.29.*

¶ ADAGIA.

Endymionis ſomnum dormis. Ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις.

In eos quadrabit, qui ſe immodico ſomno ſaginant: aut qui diutino in otio verſantur: nec vllis ſe negotiis exercent, ſed mollem feriatamque agunt vitam. Ariſt.

Vltra Epimenidem dormis. ὑπὲρ τὸ Ἐπιμενίδην κεκοίμησαι.

In eos qui perpetuum agunt otium, ſomno & ignaua prorſus dediti Gellius.

Salem vehens dormis. ἅλας ἄγων καθεύδεις.

Quadrabit in eum, qui in re periculoſa ſocorditer atq; indulgenter agit.

Non decet principem ſolidam dormire noctem. Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

Monte adagium, vigilantiam ac ſolicitudinem maxime conuenire principibus. Homer.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Somniorum & reuelationum per illa factarum, *exempla:* Abimelech, *Gen.*20.3. I*acob*, 28.12. & 31.11. Laban, v.24. Ioſephi, interpretis ſomnii, Pincernæ & Piſtoris, 40.5. Pharaonis, 4.1. cuiuſdam Danitæ, *Iud.*7.13. Eſdræ, 4. *Eſd.*11.1. Mardochæi, *Eſth.*10.5. & 11. *v.*5. Nabuchodonoſor. *Dan.*7.1.

¶ PROFANA EXEMPLA.

Apud *Lucianum Mycillus*, per ſomnium opulentiſſimus experrectus, cerdo erat. Iro pauperior. *Theat. Zuing.*

Atlantes Africæ populi, nulla inſomnia vident. *Herod. l 4.*

Nero Cæſar nunquam ſomniare ſolitus, niſi poſt interfectam matrem. *Sueton.*

Otho Imp. dicitur ea nocte, quæ cædem Galbæ ſubſecuta e[...] quietem pauefactus gemitus maximos ediſſe: repertuſq[...] curſantibus humi ante lectum iacens, per omnia piacul[...] nera manes Galbæ, à quo deturbari expellique ſe viderat, [...] tentaſſe. *Sueton.*

In Suecia ſeptentrionali Gulo animal voraciſſimum ca[...] lis eius pretioſiſſima. Dormientibus ſub harum pellium te[...] tis euenire ſolent ſomnia ejus animalis naturæ conform[...] ingluuiem & inſidias beſtiarum. *Glauc. l.18. c.8.*

Theſeus, Herculis conſobrinus, virtutis eius vſque adeo [...] vt præclara illius facta etiam in ſomnis ſibi occurrerent. [...] *Theſſ.*

Themiſtocli Miltiadis Perſica trophæa non modo ſom[...] mebant, ſed & ſomnia condiebant. *Plut.*

M. Marcellus Coſ. cum Annibale dimicando eo ferebat[...] vt ſæpe etiam in ſomnis ſingulari certamine cum eo ſ[...] congredi. *Plut. in eius vita.*

Sophiſtica. Sophiſtæ.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SOphiſtica, logicæ veræ aduerſaria, plus oſtentationis [...] vtilitatis, qua præceptorum nefariorum ſtulti diſcipul[...] fallacibus concluſiunculis aduerſarium irretire, atque [...] nectere, quibus quæ falſiſſima ſunt vera eſſe videantur.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. *Rom.*1.22.

Ne quis ſapiat ſupra quam oportet ſapere, ſed ſapiat ad [...] tem. *Rom* 12.3.

Scientia inflat, charitas vero ædificat. Si quis autem ſe [...] ſcire aliquid, nondum quicquam nouit, ſicut oportet ſcire[...]

Si quis videtur contentioſus, nos talem conſuetudinem [...] bemus, neque Eccleſiæ Dei. 1. *Cor.*11.16.

Non qui ſeipſum commendat ille probatus eſt, ſed [...] minus commendat. 2. *Cor.*10.18.

Ne ſimus amplius pueri qui fluctuemus & circumfera[...] vis vento doctrinæ, in hominum alea, in veteratoria ad in[...] lendum verſutia. *Epheſ.*4.14.

Nihil gerere per contentionem neque per inanem glori[...] *lip.*2.3.

Horum Deus venter, & gloria in confuſione ipſorum, q[...] ſapiunt. *Phil.*3.19.

Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inan[...] ciam. *Coloſſ* 2.8.

Improbi homines & impoſtores procedent in peius, tum [...] tes alios, tum ſeducti ipſi, 2. *Tim.*3.13.

Vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ non opor[...] lucri gratia. *Tit.*1.11.

Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. *Hebr.*

¶ SENTENTIAE PATRVM.

Philoſophiam nomine habituque profitentur quidam, [...] præſtant dignum hac profeſſione. *Iuſtin. Martyr. in 2. Apol[...]* *ſtianis.*

Veteratorie inſtructa perſuadendi arte, ſeducunt mente[...] torum. *Item:* Verborum artificio ſimplices eo probabili[...] cunt, vt aliquo modo inquirant: ſed improbabiliter ipſ[...] dum aduerſus ſummum opificem impiam reddunt & bla[...] ipſorum mentem: ita vt ne verum quidem à falſo diſcern[...] ſint. *Irenæus, in præf. l.1. adu. hæreſes.*

Non oſtenditur per ſe impoſtura, ne nuda deprehendatur [...] mictu veriſimili callide ornata, ita vt imperitioribus videat[...] na ſpecie ſe ipſa veritate veriorem exhibere. *Idem, ibid.*

Sophiſtæ verborum magis volunt eſſe, quam diſcipuli [...] *Idem, lib.3. cap* 40.

Quidam ſe ipſos erigentes calumnias verbis inuenire co[...] contentioſas comparantes quæſtiunculas, diſtinctiuncular[...] tores, puſillarum quarundam artium æmulatores, litigator[...] giorum conſarcinatores. Ob hanc artem efferentes ſe ſophi[...] lices, canoris quibuſdam ſuis nugis garrientes, cum in nom[...] lectu & certa dictionum compoſitione ac connexione tota [...] borant, cicadis apparent loquaciores. *Clem. Alex. Stromat. l.1.*

Sophiſtarum elocutiones non ſolum multorum oculos p[...] gunt, eoſq; ſeducunt: ſed nonnunquam etiam vim adferentes [...] cam reportant victoriam. *Idem, eod lib.*

Inani ſapientiæ opinione elati perpetuo litigant, aperte o[...] tes, ſe magis curare vt videantur, quam vt philoſophentur [...]

Loquacitatem facundiam exiſtimant: impudentiam con[...] tiam deputant: & maledicere ſingulis officium bonæ conſc[...] iudicant. *Tertull. l. adu. Hermogenem, c.1.* Hæreticorum pat[...] ſunt philoſophi. *c.8.* Iis fere mos eſt, ſimplicia quæq; torquere [...] Simplicitatem cōmunium verborū torquent in quæſtionem [...]

Quo[...]